



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

COLLATIO IX.

D. OECOLAMPADIVS.

Domine doctor intermitto contumelias, gaudeo tamen nihilominus ex uobis me capere illud uerbulū hoc, ad corpus Christi indicādū deferuīre, hic iā uos Caroloſtadio ſociū faciſ in una parte, qui & ipſe traxit ad corpus Chriſti indicandū, cum diſcretionē tamen aſtūmo. Caroloſtadius enim dixerat Chriſti corpus uiſibile indicare, uos autē (ut reor) inuiſibile corpus, eſt ne ita?

D. ECKIVS.

Domine meus doctor, Caroloſtadio me ſotiare tentat, primo propheta noſtroꝝ temporꝝ huius noua doctrina, cōtra uenerabile ſacramentū, & ſi in bonū meum, ab illo me ſegregandū putet. Quippe qui Chriſtū uoluit corpus ſuum uiſibile indicāſſe, ego uero inuiſibile, mentem meam atq; ſententiā huius ſcire cupiēs. Dico Caroloſtadiū ad ſuū nouū errorem firmandū, contra oīm idiomatū morem ac conditionem textū dilacerāſſe, quod cum uerbulo Hoc retro indicat, ſuper ſedentē dñm Iheſum, reliquū ſcilicet eſt corpus meum, per ſe ſtare ſinens. Nunc qm̄ doctor a me quærit meam a Caroloſtadio diſcretionem. Ego hanc acceptā non feram quam mihi depingit, unicū eſt enim corpus quod uidetur & inuiſibile, ut enim illic in cœna ſedebat, apoſtoliſ uiſibilis erat, & nunc cœlitibus ad dextrā Dei patris ſedens, erat tamen nihilominus inuiſibilis, ſub ſpeciēbus panis, ſicut illud Apoſtoliſ porrigebat, & ſemper hic in uenerabili ſacramento.

D. OECOLAMPADIVS.

Nec ego Caroloſtadianus eſſe uolo dñe doctor, neq; unq̄ cū illo tenui, ſed in expoſitiōe uerbuli huius Hoc aliqua in parte adpropinquatis illi eque cōtra idiomatū cōditionē ut ipſe.

Secundo, non poteſt opinio ueſtra aliqua in parte perſiſtere, quia uerbulū hoc quum indicat corpus inuiſibile, deperdetur, aut natura ſiue conditio ſacramentorꝝ, quæ nobis in hoc uerbulo Hoc cōmendat, qua & docemur, & ſi non neſci-

amus.